



tem genuit Asa. Asa autem genuit Jósaphat. Jósaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manásses. Manásses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigratióne Babylónis. Et post transmigratióne Babylónis: Jechonias genuit Saláthiel. Saláthiel autem genuit Zoróbabel. Zoróbabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleázar. Eleázar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virū Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

*Credo.* Et dicitur per totam Octavam.

**Offertorium.** Beata es, Virgo Maria, quæ omnium portásti Creató-

rem : genuisti qui te fecit, et in ætérnum permanes virgo.

**Secreta.** Unigéniti tui Dómine nobis succurrat humanitas : ut qui natus de Virgine, Matris integritatem non minuit, sed sacrávit; in Nativitátis ejus solénniis, nostris nos piáculis exuens, oblatiõem nostram tibi faciát accéptam Jesus Christus Dóminus noster : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti.

*Prefatio de B. Maria. Et te in Nativitáte, p. 250. quæ dicitur per totam Octavam, etiam in Festis, nisi habuerint propriam.*

**Communio.** Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt ætérni Patris Filium.

**Postcommunio.** Sumpsimus, Dómine, celebritátis annuæ vota sacraménta : præsta quæsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant, et ætérnæ. Per Dóminum.

¶ Infra Octavam Nativit. B. Mariæ, et in die Octava, dicitur Missa sicut in die Festi : sed infra Octavam, quando non fit Comm. Festi simplicis, dicitur ij. Oratio de Spiritu sancto, *Deus qui corda*; ij. *Beclésia*, vel pro Papa, p. [58].

EADEM DIE. **S. Hadriani** MARTYRIS. MISSA. *In virtúte*, p. [6]. Orationes ut in præced. Missa.

**DOMIN. INFRA OCT. NATIVIT. B. M. V. SS. Dominis ejusdem B. M. U.**

*INTROITUS. Virtutum tuam et EVANGELIUM. Missus est, ut in Festo Annuntiationis B. M. V. p. 411.*

**Oratio.** Concède, quæsumus omnipotens Deus : ut fideles tui, qui sub sanctissimæ Virginis Mariæ nómine, et protectiõe lætántur; ejus pia intercessiõe, a cunctis malis liberéntur

in terris, et ad gáudia ætérna pervenire mereántur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Comm. Dominicæ occurrentis, et legitur ejusdem Evangelium in fine.

*EPISTOLA. Ego quasi vitis, p. 482.*

*GRADUALE. OFFERTORIUM, etc. p. [52]. Prefatio de B. Maria. Et te in Festivitate, p. 250.*

**DIE IX. SEPTEMBR. S. Gorgonii** MART.

*MISSA. Lætibitur, ut in Communi, p. [7]. cum sequentibus Orationibus.*

**Oratio.** Sanctus tuus, Dñe, Gorgónius sua nos intercessiõe lætificet : et pia faciát solemnitate gaudere. Per Dóminum.

*Tertia Oratio de Spiritu sancto. Deus qui, p. [58].*

*Nisi venerit in Dominica : tunc enim ij. Oratio erit de S. Gorgonio Martyre.*

*Pro S. Gorgonio. Grata tibi sit, Dómine, nostræ servi-*

tútis oblatiõ : pro qua sanctus Gorgónius Martyr intervörtur existat. De Spiritu sancto. Secreta, p. [59].

*Pro S. Gorgonio.*

**Postcommunio.** Familiam tuam, Deus, suávitæ ætérna contingat et végetet; quæ in Mártire tuo Gorgónio Christi Filii tui bono júgiter odóre pascátur.

*De Spiritu sancto. Postcommunio, p. [59].*

**DIE X. SEPTEMBRIS.**

**S. Nicolai a Solentino** CONFESSORIS.

*MISSA. Justus, de Communi, p. [59]. Et fit Comm. Octavæ Nativitatis B. Mariæ, p. 527. Et dicitur Credo,*

*et Prefatio de B. Maria. Et te in Nativitáte, propter eandem Octavam.*

**DIE XI. SEPTEMBRIS.**

**SS. Proti et Hyacinthi** MARTYRUM.

*MISSA. Salus autem, ut in Communi, p. [16]. cum sequentibus Orationibus.*

**Oratio.** Beatorum Martyrum tuorum Proti et Hyacinthi nos, Domine, foveat pretiosa confessio: et pia jugiter intercessio tueatur.

Tertia Oratio de Spiritu sancto. *Deus qui*, p. [58].

Nisi venerit in Dominica: tunc enim iij. Oratio erit de SS. Proto et Hyacintho.

**Secreta.** Pro sanctorum Martyrum tuorum Proti et Hyacinthi commemoratione, munera tibi, Dñe, quæ debemus, ex-

solvimus: præsta quæsumus; ut remedium nobis perpetua salutis operentur. Per Dñum.

De Spiritu sancto. *Secreta*, p. [59].

**Postcommunio.** Ut percipeta nos, Domine, tua sancta purificent, beatorum Martyrum tuorum Proti et Hyacinthi, quæsumus, impleret oratio. Per Dñum.

De Spiritu sancto. *Postcommunio*, p. [59].

## DIE XIV. SEPTEMBRIS.

**Exaltationis sanctæ Crucis.**

**INTROITUS.** *Nos autem*, ut in Missa votiva de sancta Cruce, p. [52].

**Oratio.** Deus, qui nos hodierna die Exaltationis sanctæ Crucis annua solemnitate lætificas: præsta, quæsumus; ut cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem.

Et fit Commem. de Octava Nativitatis B. M. V. ut supra, p. 57.

**EPISTOLA.** *Fratres: Hoc enim sentite*, ut in Dom. in Palmis, p. 158.

**GRADUALE.** *Christus factus est*, p. [53].

Seq. *sancti Evangelii secundum Joannem. 12. e.*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis Judæorum: Nunc judicium est mundi: nunc

princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fero a terra, omnia traham ad meipsum: (hoc autem dicebat, significans quæ morte esset moriturus). Respondit ei turba: Nōs audivimus ex lege, quia Christus manet in ætèrnum: et quomodo tu dicis: Opòrte exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicū, lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vobis tenebræ comprehendant: et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. **CREDO.**

**Offertorium.** Prøtege, Domine, plebem tuam per signum sanctæ Crucis, ab insidiis inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus servitutem, et acceptabile fiat sacrificium nostrum, allelúia.

**Secreta.** Jesu Christi Domini nostri corpore et sanguine saginandi, per quem Crucis est sanctificatum vexillum: quæsumus Domine Deus noster; ut, sicut illum adorare meruimus, ita

perenniter ejus gloriæ salutaris potiamur effectu. Per eundem Dōminum nostrum.

*Præfatio de Cruce. Qui salutem*, p. 247.

**Communio.** Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos, Deus noster.

**Postcommunio.** Adesto nobis, Domine Deus noster: et quos sanctæ Crucis lætari facis honore, ejus quoque perpetuis defēde subsidiis. Per Dōminum.

## DIE XV. SEPTEMBRIS.

**In Octava Nativitatis B. Mariæ U.**

Missæ dicitur ut in die, cum Commem. S. Nicomedis Martyris.

¶ Si hodie occurrat Feria Quatuor Temp., in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicantur duæ Missæ, una de Oct. cum Commem. S. Nicomedis tantum, altera de Feria, cum Orationibus assignatis: et in hac Missa, et sequentibus Quatuor Temporum dicitur semper Præfatio communis.

**Oratio.** Adesto, Domine, pòpulo tuo: ut beati Nicomedis Martyris tui mèrita præclára suscipiens, ad impetrandam

misericordiam tuam semper ejus patrocinis adjuvetur. Per Dñum.

**Secreta.** Sùscipe, Domine, munera propitius oblata: quæ majestati tuæ beati Nicomedis Martyris commendet oratio. Per Dōminum.

**Postcommunio.** Purificent nos, Domine, sacramenta quæ sumpsimus: et intercedente beato Nicomedis Martyre tuo, a cunctis efficiant vitii absolutos. Per Dōminum.

**EAEDM DIE. S. Nicomedis MARTYRIS.**

MISSA. *In virtute*, de Comuni, p. [6], cum Orationibus superius positis.

DOMINICA III. SEPTEMBRIS.

In Festo

Septem Dolorum

beatæ Mariæ Virginis.

Missa dicitur ut in alio Festo Septem Dolorum posito sub mense Martii, p. 473. præter Orationem seq., et post Sequentiam additur *Alléluia*, quod omittendum erit in fine Gradualis.

Oratio.



Eus, in cuius passióne, secúndum Siméonis prophetiam, dulcissimam animam gloriósæ Virginis et Matris Mariæ doloris gládius pertransiuit: concede propitijs; ut qui dolores ejus venerádo recólitis, passiónis tuæ effectum felicem consequámur: Qui vivis et regnas.

Et fit Comm. Dominicæ occurrentis, et legitur ejus Evangelium in fine.

Impedita Dominica III. Septembris ob occursum Festi Duplicis j. vel ij. classis, vel diæ Octávæ Patro-

ni, Titularis, Dedicatiónis etc., Festum Dolorum transfertur in proximiorém Dominicam, etiamsi incidat cum Festo ritus Duplicis minoris (de quo tunc faciendá erit Commemor. ad instar Simplicis juxta Rubricas), dummodo non sit diæ Octáva Patroni, Titularis, Dedicatiónis, etc. Quod si usque ad Adventum nulla supersit Dominica libera, Festum Septem Dolorum ponatur, juxta rubricas, in prima die non impedita post Dominicam III. Septembris.

Si sequens Festum SS. Cornelii et Cypriani venerit in Dominica, in ea fit Commem. SS. Cornelii et Cypriani ac SS. Euphemiæ etc. Si vero occurrat in Feria IV. Quatuor Temporum, in Missa SS. Cornelii et Cypriani fit Commem. primum de Feria, postea de SS. Euphemiæ etc. Et in Ecclesijs Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duæ Missæ, una de SS. Cornelio et Cypriano, in qua fit Commem. SS. Euphemiæ etc. altera de diæ Feria, sine Commem. Sanctorum.

Die 17 Sept. Imp. Stig. S. Francisci. 533

DIE XVI. SEPTEMBRIS.

SS. Cornelii et Cypriani Pont. et MM.

Missa. *Intret*, de Comm. plurim. Mart. p. [13].  
Et fit Comm. SS. Euphemiæ, Luciæ et Geminiani Martyrum.

Oratio. Præsta, Domine, præcibus nostris cum exultatione provéntum: ut sanctorum Martyrum Euphemiæ, Luciæ et Geminiani, quorum diem passiónis ánnua devotíone recólimus, etiam fidei constantiam subsequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Tertia Oratio. *A cunctis*, p. [80].  
Pro Commem. SS. Euphemiæ etc.

Secreta. Vota pópuli tui, quæsumus Domine, propitijs inténde: et quorum nos tribus solémnia celebráre, fac gaudere suffrágijs.

Tertia Secreta. *Exáudi nos*, p. [80].  
Pro Commem. SS. Euphemiæ etc.

Postcommunio. *Exáudi*, Dómine, preces nostras: et sanctorum Martyrum tuorum Euphemiæ, Luciæ et Geminiani, quorum festa solémniter celebrámus, continuis foveámur auxilijs.

Tertia Postcommunio. *Mandat*, p. [80].

EADEM DIE, SS. MART. Euphemiæ, Luciæ et Geminiani.

Missa. *Intret*, ut in Communi, p. [13]. EVANGELIUM.

LIUM. *Descéndens*, p. [15].  
Orationes supra posite.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

Impressionis sacrorum Stigmatum in corpore S. Francisci CONFESSORIS.

Missa dicitur ut in festo ejusdem Sancti, die 4. Oct. præter ea quæ sequuntur.

Oratio. Domine Jesu Christe, qui frigescente mundo, ad inflammándum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci Passiónis tuæ sacra stigma-

ta renovásti: concede propitijs; ut ejus méritis et præcibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus penitentiæ faciámus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate.

EVANGELIUM. *Si quis vult*, p. [5].

**Postcommunio.** Deus, qui mira crucis mysteria in beato Francisco Confessore tuo multiformiter demonstrasti: da no-

bis, quæsumus, devotionis suæ semper exempla sectari, et assidua ejusdem crucis meditatione muniri. Per Dñm.

## DIE XVIII. SEPTEBRIS.

## S. Joseph a Cupertino, CONFESSORIS.

**Introitus.** *Eccli. 1.*

**I**llætió Dei honorabilis sapientiã: qui-bus autem apparierit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitióne magnalium suorum. *Ps. 33.* Quam dilecta tabernacula tua Dñmne virtutum! concupiscit, et deficit anima mea in atria Dñmni. *V. Gloria Patri.*

**Oratio.** Deus, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere disposuisti: pèrfice propitius; ut mèritis et exèmplo seraphici Confessoris tui Josèphi supra terrènas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur: Qui tecum vivit.

**EPISTOLA.** *Si linguis hominum loquar,* ut supra in Dominica in Quinquagesima p. 55, usque ad 4.

**Graduate.** *Ps. 20.* Dñe prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis:

posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. *V. Vitam petiit a te, et tribuisti ei longitüdinem dierum in sæculum, et in sæculum sæculi. Allelúia, allel.* *V. Eccli. 11.* Oculus Dei respexit illum in bono, et erexit eum ab humilitate ipsius, et exaltavit caput ejus. Allelúia.

**EVANGELIUM.** *Loquebatur Jesus, ut in Dom. xix. post Pentec. p. 350.*

**Offertorium.** *Psal. 34.* Ego autem cum mihi molèsti essent, induëbar cilicio. Humiliabam in jejunió animam meam: et oratio mea in sinu meo convertètur.

**SECRETA.** *Laudis tibi,* p. [29].

**Communio.** Ego sum pauper et dolens: salus tua, Deus, suscepit me. Laudabo nomen Dei cum canticó: et magnificabo eum in laude.

**POSTCOMMUNIO.** *Reserati cibo,* p. [30].



## DIE XIX. SEPTEBRIS.

## SS. MART. Januarii EPISC. ET SOCIORUM.

**MISSA.** *Salus autem,* de Comuni plurimorum Martyrum p. [16].

¶ Si sequens Festum SS. Eustachii et soc. Martyrum venerit in Quatuor Temporibus, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur due Missæ: una de

Sanctis sine Commemoratione Quatuor Temporum et Vigiliæ, et altera de Quatuor Temp., cum Commem. Vigiliæ, et tertia Oratione. *A curatis,* p. [80].

¶ Et in fine Missæ non dicitur Evangelium de Vigilia.

## DIE XX. SEPTEBRIS.

## SS. Eustachii et sociorum MARTYRUM.

**MISSA.** *Sapientiam,* de Comm. plurim. Mart. p. [15].

¶ Et fit Commem. Vigiliæ S. Matthæi cum Orationibus, ut in sequenti Missa; et in fine Missæ Evangelium ejusdem Vigiliæ.

¶ Si Festum SS. Eustachii et soc. celebraretur extra Quatuor Tempora, in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur due Missæ, una de Sanctis ut supra, altera de Vigilia ut infra.

## EADEM DIE.

## VIGILIA S. Matthæi APOST. ET EVANGEL.

**MISSA.** *Ego autem,* de Comm. p. [1], præter seq.

**Oratio.** Da, quæsumus omnipotens Deus: ut beati Matthæi Apostoli tui et Evangelistæ, quam prævenimus, veneranda solèmnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dñm.

Secunda Oratio de S. Maria, *Concede,* tertia, *Ecclèstia,* vel pro Papa, p. 57, et seq.

Seq. *sancti Evangelii* secundum Lucam, 5, c.

**I**n illo tempore: Vidit Jesus publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium, et ait illi: Séquere me. Et relictis

omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua: et erat turba multa publicanorum, et aliorum, qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant Pharisei et Scribæ eorum, dicentes ad discipulos ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus convivas? Et respondens Jesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam.

**Secreta.** Apostolici reverentia cūlminis offerentes tibi sacra mysteria, Dōmine quæsumus : ut beati Matthæi Apōstoli tui et Evangelistæ suffragiis, cujus natalitia prævenimus, plebs tua semper et sua vota deprōmat, et desiderata percipiat. Per Dñum.

Secreta secunda de beata Maria. *Tua Dōmine*; tertia,

*Prætege nos Dōmine*, vel pro Papa, p. [58].

**Postcommunio.** Sancti Apōstoli tui et Evangelistæ Matthæi, quæsumus Dōmine, supplicatione placatus : et veniam nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per Dōminum.

Postcommunio secunda de B. Maria. *Sumptis Dōmine*; tertia, *Quæsumus Dōmine*, vel pro Papa, p. [59].

## DIE XXI. SEPTEMBRIS.

**S. Matthæi** APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

**INTROITUS.** *Os justi*, p. [28].

**Oratio.** Beati Apōstoli et Evangelistæ Matthæi, Dōmine, precibus adjuvémur : ut, quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur. Per Dōminum nostrum.

**EPÍST.** *Similitudo*, ut in Festo S. Marci Evang. p. 422.

**Graduale.** *Ps. III.* Beatus vir, qui timet Dñum : in mandatis ejus cupit nimis. *V.* Potens in terra erit semen ejus : generatio rectórum benedicetur. Allelúia, allelúia. *V.* Te gloriosus Apōstolorum chorus laudat, Dōmine. Allelúia.

Seq. **sancti Evangelii** secundum Matthæum. *o.*

**I**n illo tempore : Vidit Jesus hóminem sedentem in telonio,

Matthæum nómine. Et ait illi : Séquere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, et peccatores venientes discumbebant cum Jesu, et discipulis ejus. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis ejus : Quare cum publicanis, et peccatoribus manducat Magister vester? At Jesus audiens, ait : Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Eúntes autem discite quid est : Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. **CREDO.**

**OFFERTORIUM.** *Posuisti*, p. [8].

**Secreta.** Supplicationibus beati Matthæi Apō-

stoli et Evangelistæ, quæsumus Dōmine, Ecclesiæ tuæ commendetur oblatio : cujus magnificis prædicationibus eruditur. Per Dōminum nostrum.

Præfatio de Apost. p. 250.

**COMMUNIO.** *Magna est*, p. [2].

**Postcommunio.** Percipitis Dōmine sacramentis, beato Matthæo, Apōstolo tuo et Evangelista interveniente, deprecámur : ut quæ pro ejus celebrata sunt gloria, nobis proficiant ad medelam. Per Dōminum nostrum.

## DIE XXII. SEPTEMBRIS.

**S. Thomae de Ulfanova** EPISC. ET CONF.

**MISSA.** *Sicuti*, de Comuni Conf. Pontificis, p. [21], præter Orationem seq.

**Oratio.** Deus, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiae virtute decorasti : quæsumus;

ut, ejus intercessione in omnes, qui te deprecantur, divitiis misericordiae tuæ benignus effundas. Per Dōminum.

Et fit Comm. SS. Mart. Mauritii et soc. cum Orationibus ut in sequenti Missa.

## EADEM DIE.

**SS. Mauritii et sociorum** MARTYRUM.

**MISSA.** *Intret*, de Comuni plurim. Mart. p. [13], præter ea quæ sequuntur.

**Oratio.** Annue, quæsumus omnipotens Deus : ut sanctorum Mátyrum tuorum Mauritii et sociorum ejus, nos lætificet festiva sollemnitas ; ut quorum suffragiis nitimur, eorum natalitiis gloriamur. Per Dñum.

**EPÍSTOLA.** *Respondit unus de senioribus*, de Comuni, p. [19].

**Secreta.** Respice, quæsumus Dōmine, mune-

ra, quæ in sanctorum Mátyrum tuorum Mauritii et sociorum ejus commemoratione deferrimus : et præsta ; ut, quorum honore sunt grata, eorum nobis fiant intercessio perpetua. Per Dōminum.

**Postcommunio.** Cælestibus refecti sacramentis et gaudiis, supplices te rogámus, Dōmine : ut quorum gloriamur triumphis, protegámur auxiliis. Per Dōminum nostrum.

## DIE XXIII. SEPTEBRIS.

**S. Lini** PAPÆ ET MARTYRIS.

MISSA. *Stituit*, de Communi unius Mart. Pontif. p. [2]; præter Orationes, quæ sumuntur ex Missa *Sacerdotes*, p. [4].

Deinde fit Commemor. S. Theclæ Virg. et Mart. Si venerit in Dominica, in Missa de eadem Dominica fit Commemoratio S. Lini, et deinde S. Theclæ.

**Oratio.** Da, quæsumus omnipotens Deus: ut qui beata Theclæ, Virginis et Martyris tuæ, natalitia cõlimus, et annua solemnitate lætæmur, et tantæ fidei proficiamus exëmplo.

Tertia Oratio. *A cunctis*, p. [80].

Pro S. Theclæ.

**Secreta.** Sâscipe Dõmine mûnera, quæ in beata Theclæ, Virginis et Martyris tuæ, solemnitate deferimus: cujus nos confidimus patrocinio liberâri. Per Dñum.

Tertia Secreta. *Exaudi nos*, p. [80].

Pro S. Theclæ.

**Postcomm.** Auxiliëntur nobis, Dñe, sumpta mysteria: et intercedente beata Theclæ, Virgine et Martyre tua, sempiterna faciant protectiõne gaudere. Per Dñum.

Tertia Postcommunio. *Mundet*, p. [80].

## EADEM DIE.

**S. Theclæ** VIRGINIS ET MARTYRIS.

MISSA. *Loquẽbar*, p. [34], cum Orationibus ut supra.

## DIE XXIV. SEPTEBRIS.

**Beatae Mariæ Virginis de Mercede.**

MISSA. *Salve sancta parens*, ut in Missis votivis de B. M. V. a Pentec. usque ad Adv. p. [57], præter Orationem sec. Et dicitur *Credo*, et Præf. de B. M. V. *Et in Festivitate*, p. [250].

**Oratio.** Deus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem, ad liberandõs Christi fidèles a potestate paganõrum, nova Ec-

clesiam tuam prole amplificãre dignatus es: præsta quæsumus; ut, quam pie veneramus tanti operis institutricæ, ejus pãriter mæritis et intercessiõne peccãtis omnibus, et captivitate demonis liberemur. Per eundem Dñum nostrum Jesum Christum.

## DIE XXVI. SEPTEBRIS.

**SS. Cypriani et Justinæ** MARTYRUM.

MISSA. *Salus autem*, de Comm. plurim. Mart. p. [16], exceptis Orationibus.

**Oratio.** Beatõrum Martyrum Cypriani et Justinæ nos, Dñe, siveant continuata præsidia:

quia non desinis propitiuss intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvãri. Per Dñum.

Secreta et Postcommunio sumuntur ex Missa. *Sapientiam*, p. [15].

## DIE XXVII. SEPTEBRIS.

**SS. Cosmæ et Damiani** MARTYRUM.

INTROITUS. *Sapientiam*, p. [15].

**Oratio.** Præsta, quæsumus omnipotens Deus: ut qui sanctõrum Martyrum tuõrum Cosmæ et Damiani natalitia cõlimus, a cunctis malis imminẽntibus, eõrum intercessiõnibus, liberemur. Per Dñum.

EPISTOLA. *Fusti autem*, de Communi, p. [15].

GRADUALE. *Clamaverunt*, p. [17]; sed loco ultimi V. dicitur sequens.

V. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi iniquitatem: Christum secuta est, incluta tenens regna cœlestia. Alleluia.

EVANGELIUM. *Descendens Jesus*, de Communi, p. [15].

**Offertor.** *Ps. 5.* Gloria buntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu, Domine, benedices justo: Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

**Secreta.** Sanctõrum tuõrum nobis, Domine, pia non desit oratio: quæ et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per Dñum.

COMMUNIO. *Posuerunt*, p. 456.

**Postcommunio.** Prætegat, quæsumus Domine, populum tuum et participatio cœlestis indulta convivii, et deprecatio collata sanctõrum. Per Dñum nostrum.

## DIE XXVIII. SEPTEBRIS.

**S. Wenceslai** DUCIS ET MARTYRIS.

MISSA. *In virtute tua*, de Communi, p. [6], præter Orationem sequentem, et EVANGELIUM. *Si quis vult*

*post me venire*, ex Missa *Sacerdotis Dei*, de Communi unius Martyris Pontificis, p. [4].

Oratio. Deus, qui beatum Wenceslāum per martyrii palmam a terreno principātu ad cælestem gloriām transtu-

listi : ejus precibus nos ab omni adversitate custodi, et ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dōminum.

## DIE XXIX. SEPTEMBRIS.

## In Dedicazione S. Michaelis ARCHANG.

Introitus. *Ps. 102.*



Benedicite Dōminum omnes Angeli ejus : potentes virtū-

te, qui faciētis verbū ejus, ad audiendam vocem sermōnum ejus. *Ps. ibid.* Benedic ānima mea Dōmino : et omnia quæ intra me sunt, nōmini sancto ejus. *V. Glōria Patri.*

Oratio. Deus, qui mirō ordine Angelōrum ministēria hominūmq; dispēnsas : concedē propitiū; ut a quibus tibi ministrāntibus in cælo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniātur. Per Dōminum.

Lectio libri *Apocalypsis* beati Joānis Apōst. 1. **I**n diebus illis : Significāvit Deus quæ oportet fieri cito, mittens per Angelum suum servo suo Joāni, qui testimoniūm perhibuit verbo Dei, et testimoniūm Jesu Christi, quæcūmq; vidit. Beatus qui legit, et audit verba prophetiæ hujus : et servat ea,

quæ in ea scripta sunt : tempus enim prope est. Joānes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Grātia vobis, et pax ab eo, qui est, et qui erat, et qui ventūrus est : et a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt : et a Jesu Christo, qui est testis fidēlis, primogēnitus mortuōrum, et princeps regum terræ, qui dilēxit nos, et lavit nos a peccātis nostris in sanguine suo.

Oratio. *Ps. 102.* Benedicite Dōminum omnes Angeli ejus : potentes virtūte, qui faciētis verbum ejus. *V. Benedic ānima mea Dōminum, et omnia interiora mea nomen sanctum ejus. Allelūia, allelūia. V. Sancte Michael Archāngele, defende nos in prelio : ut non pereāmus in tremēdo judicio. Allelūia.*

Seq. sancti Evangelii secundum Matthæum. 18. **I**n illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes :

Quis putas, major est in regno cælōrum? Et advocans Jesus p̄rvulum, st̄tuit eum in medio eōrum, et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiāmini sicut p̄rvuli, non intrābitis in regnum cælōrum. Quicūmq; ergo humiliāverit se sicut p̄rvulus iste, hic est major in regno cælōrum. Et qui susceperit unum p̄rvulum talem in nōmine meo, me suscipit. Qui autem scandalizāverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asināria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Væ mundo a scādalis. Necesse est enim ut veniant scādalā : verū tamen væ hōmīni illi, per quem scādalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscede eum, et projice abs te : bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem ætēnum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te : bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrāre, quam

duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatīs unum ex his pusillis : dico enim vobis, quia Angeli eōrum in cælis semper vident faciēm Patris mei, qui in cælis est.

CREDO.

Offertorium. *Apoc. 8.* Stetit Angelus juxta aram templi, habens thuribulum aureum in manu sua, et data sunt ei incēnsa multa, et ascendit fumus arōmatum in conspectu Dei, allelūia.

Secreta. Hōstias tibi, Dōmine, laudis offerimus, suppliciter deprecāntes : ut eādem, angēlico pro nobis interveniente suffragio, et placātus accipias, et ad saltem nostram provenire concedās. Per Dōminum nostrum.

Communio. *Dan. 3.* Benedicite omnes Angeli Dōmini Dōminum : hymnum dicite, et superexaltate eum in sæcula.

Postcommunio. Beati Archāngeli tui Michaelis intercessione suffulti : supplices te Dōmine deprecāmur; ut quod ore prosēquimur, contingāmus et mente. Per Dōminum.





## DIE XXX. SEPTEBRIS. S. Hieronymi

PRESBYTERI, CONFESS. ET ECCLESIE DOCTORIS.

MISSA. *In medio Ecclesie*, de Comm. Doct. p. [26], præter Orationes sequentes. Et dicitur *Credo*.

**Oratio.** DEUS, qui Ecclesie tuæ in exponendis sacris Scripturis beatum Hieronymum, Confessorem tuum, Doctorem maximum providere dignatus es: præsta quæsumus; ut ejus suffragantibus meritis, quod ore simul et opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per Dominum.

**Secreta.** Donis cælestibus da nobis, quæsumus Domine, libera tibi mente servire: ut mûnera, quæ deferimus, interveniente beato Hieronymo Confessore tuo, et medelam nobis operentur, et gloriâ. Per Dñm.

**Postcommunio.** Repleti alimonia cælesti, quæsumus Domine: ut, interveniente beato Hieronymo Confessore tuo, misericordie tuæ grâtiâ consequi mereamur. Per Dominum.

## Festa Octobris.

## DOMINICA PRIMA OCTOBRIIS.

IN SOLEMNIT. SS. Rosarii B. M. V.

## Introitus.



Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes

sub honore beate Mariæ Virginis: de cujus solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi. *V. Gloria Patri.*

**Oratio.** Deus, cujus Unigenitus per vitam, mortem et resurrectio-

nem suam nobis salutis æternæ præmia comparavit: concede, quæsumus; ut hæc mysteria sanctissimo beate Mariæ Virginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequamur. Per eundem.

Commemor. Dominicæ.  
Lectio libri Sapientie.  
*Prov. 8.*

**D**ominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret a prin-

cipio. Ab æterno ordinata sum, et ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, et ego jam concepta eram. Nunc ergo, filii, audite me: Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, et estote sapientes, et nolite abjicere eam. Beatus homo, qui audit me, et qui vigilat ad fores meas quotidie, et observat ad postes ostii mei. Qui me invenerit, inveniet vitam, et habuerit salutem a Domino.

**Graduale.** *Ps. 44.* Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. *V. Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: quia concupivit Rex speciem tuam.*

Allelûa, allelûa.  
*V. Sollemnitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David.* Allelûa.

**EVANG.** *Missus est*, ut supra die 25 Martii, p. 472. Et dicitur *Credo*.  
**Offertor.** *Eccli. 24, 39.* In me grâtiâ omnis viæ et veritatis, in me

omnis spes vitæ et virtutis: ego quasi rosa plantata super rivos aquarum fructificavi.

**Secreta.** Fac nos, quæsumus Domine, his muneribus offerendis convenienter aptari: et per sanctissimi Rosarii mysteria, sic vitam, passionem, et gloriâ Unigeniti tui recolare; ut ejus digni promissionibus efficiamur: Qui tecum.

Deinde Commem. Dominicæ.

**PRÆFATIO** de B. Virgine. *Ette in Solemnitate*, p. 250.

**Communio.** *Eccli. 39.* Florète flores quasi liliûm, et date odorem, et frondete in grâtiâ, collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis.

**Postcommunio.** Sanctissimæ Genitricis tuæ, cujus Rosarium celebramus, quæsumus Domine, precibus adjuvemur: ut et mysteriorum, quæ cõlumus, virtus percipiatur, et Sacramentorum, quæ sumpsimus, obtineatur effectus: Qui vivis et regnas.

Comm. Dominicæ occurrit. *ejusque Evangel. in fine.*

## DIE I. OCTOBRIIS.

S. Remigii EPISCOPI ET CONFESSORIS.

MISSA. *Statuit*, de Comm. Conf. Pontificis, p. [21].



Sancte Raphael Archangele.

DIE II. OCTOBRIS.

In Feste SS. Angelorum

—\*— Custodum. —\*—

INTROITUS. *Benedicite*, p. 540.

Oratio.

**D**Eus, qui ineffabili providentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris : largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi, et aeterna societate gaudere. Per Dominum ... qui tecum.

Lectio libri *Exodi*.

*Exod. 23. d.*

**H**EC dicit Dominus Deus : Ecce ego mittam Angelum meum, qui praecedat te, et custodiat in via, et introducat in locum, quem paravi. Observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes : quia non dimittet cum peccaveris, et est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem ejus, et feceris omnia, quae lo-

quor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te : praecedetque te Angelus meus.

**Graduale. Ps. 90.** Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. **V.** In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. **Alleluia, alleluia.** **V. Ps. 102.** Benedicite Domino omnes virtutes ejus : ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. **Alleluia.**

In Missis votivis post Septuag., omissis *Alleluia*, et *V.* sequenti, dicitur.

TRACTUS. *Benedicite Dominum*, p. 149.

Tempore Paschali omititur Graduale, et ejus loco dicitur : *Alleluia, alleluia.* **V. In conspectu**, p. 149.

EVANGELIUM. *Quis putas*, ut supra xxix. Septembris, p. 540.

Et dicitur *Credo*.

**Offertorium. Ps. 102.** Benedicite Dominum